



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

# ILLVSTRISSIMIS. AC REVERENDISS. DD.

DD. Iacobo Episcopo Portuensi Sabello,  
Ioan. Franciso Episcopo Prænestin. de Gambara,  
Ludouico tt. S. Anastasi. Madrutio,  
Iulio Antonio Sanctorio tt. Sancti Bartholomæi in  
Insula S. Seuerinae,  
Petro tt. S. Hieronymi Illyricorum Deza nūcupatis,  
Ioan. Antonio tt. SS. Quatuor Coronatorum,  
Ioan. Baptiste tt. Sancti Marcelli, &  
F. Constantio tt. S. Petri in Monte Aureo,

Presbyteris miseratione Diui-  
na S. R. E. Cardinalibus in  
uniuersa Republica Christia  
na aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

## FRANCISCVS PEGNA.

LVRIMA suadebant, Illuſtriss. & Ampliss. Patres, vt in illuſtrando & perficiendo egregio Directorij Inquisitorum opere, omnem nostram diligentiam, ſtudium, ſollicitudinem, & laborem adhiberemus. Primum communis vtilitatis amor, tum non mediocre commodum, quod inde omnibus hæreticæ prauitatis Inquisitoribus euenturum haud dubiè ſperabatur: tum vero in primis iuſtissimum illud veſtrum, pium, ac verè catholicum defiderium, quo tanquam integerrimi, & acertimi, fidei, Christianæque Religionis defenſores, ob publicam vtilitatem oprabatis, vt quam abſolutiſimum opus prodiret in lucem. Hac enim effecere, vt plus quam integri quinquennij ſpatio, ex quo cepimus huic operi illuſtrando operam dare, vi- que in preſentem diem, nihil magis diligenter cogitauerimus aliud, nihilque moliti fuerimus praeter emendationem, & interpretationem illuſtris operis; coaſtique ſumus in tenuibus hiſce noſtris vigilijs, è breuitate ſep̄e limitibus egredi: tum quia opus iſpum vetustum, & ſe- p̄e ob breuitatem obſcurum, ita fieri poſtulabat: tum vt Inquisitoribus valde occupatis ſatiſfaceremus, eosque liberaremus moleſta multorum aliorum librorum euoluendorum. In his noſtris Commentarijs relecta procul diſputandi ſubtilitate, ſecuti ſumus, vt plurimum com- munes ſententias, & eas, qua fine viro erroris periculo poſſint obſeruari. In dubijs, & grauioribus cauſis Inquisidores ad ſupremum Sacroſanctæ, & Generalis Inquisitionis Romanæ Se- natum, cui vos prudentiſime, & vigilantiſime præſtis, deſtinamus, ſeu remittimus. In mu- litis ſtylum, & conſuetudinem eiusdem Sacri, & ſupremi Senatus indicamus, & obſeruandum monemus: ac ita (niſi fallimur) cuncta, Deo Opt. Max. aspirante, diſponimus, vt pauci diſ- cultatum articuli in hac cauſa parum explicati relieti eſſe videantur. Quod ſi quandoque for- taſſis (vt quibusdam videbitur) niſi leuiter in nonnullis articulis, ac diſcultatibus de pu- niendis hæreticis locuti ſumus, veluti de Hærefiarchis, ſive dogmatiſtis, quos nonnulli ē noſtris curiæ ſeculari tradendos omnino arbitrantur, & de alijs nonnullis, vt diſputationum ſeries indicabit, non id facimus, vt hæretici faueamus, quos & acti odio profequimur, & pe- nititus extirpari cupimus: ſed quia nec contrarium aperto iure ſtatutum videbamus, nec Sacri Tribunalis Romanae Inquisitionis viu, aut conſuetudine receptum, vt vel hac etiam benigni- tate conuertantur, qui virtutis, & veritatis amore à maleſicio non ſubmouentur. Hoc po- ſtremo cupimus, & exoptamus, religioſiſimi Principes, vt hos noſtrós qualeſcunque labo- res, benigne (vt ſolerti) accipiat, ſintque apud Vos veſtum certiſſimum pignus, & arrha promi- pri, ac parati animi noſtri ad ſubtunda quælibet alia qua muis grauiora onera, inſeruendum que Sacra Inquisitionis Senatui, quoties, & oportuerit, & idoneos nos ad id iudicaueritis. Deus Opt. Max. diu Vos conſeruet incolumes, vt negotia ſua in Christiana Republica, vt fa- citis, integerrimè trahere poſſitis.

† 3 IN